

solito eadem prærogativa fungantur, qua gaudet ipse Magister, ne possint per viam violentiae, ad Senatum trahi, exemplo res fuit manifesta, nempe, in casu supradicto, vel quando scholaris extra salmantinam Universitatem degit, & ibi deliquerit, accusatur coram Cancelleria, vel Regia audiencia, vel alio judice, Magister scholarum emitit inhibitionem, vel supplicatoriam cum comminatione censurarum, & ut ad eam respondeat Procurator Regius fiscalis, vel judex, commodiū sollet dictus Magister delegare causam super illa exceptione declinatoria, alicui in illo eodem loco, ut declareret, an gaudere debeat scholaris privilegio, vel non, iudicibusq; & tribunali imponat censuras, & interdicta; nunc quero igitur, an si judex à declaratione, & interdicto appellaverit, & protelstus esset auxilium Regium hoc, an eo uti posset, & sic an cause hujusmodi judicis delegari possint trahi ad Cancelleriam per viam violentiae, quæ est à nemine, tacta, videtur quod sic: Primo, quoniam quando causæ committuntur alicui cum clausula, recursu, vel appellatione remota, si eam subdelegaverit, nihilominus à subdelegati pronuntiatione, sententia vel gravamine licet appellare, & habet pars ipsa gravata recursum, licet à delegatis sententia vel gravamine nullum haberet: text. est in e. super questio. §. nos autem de off. & potest. jud. delegat. ergo licet per d. l. 18. Magistro scholarum hæc sit attributa potestas, ut ab eorum violentiis, & gravaminibus non habeatur recursus ad regalia, & suprema tribunalia per viam violentiae, non debet hæc ipsa ad delegatos transferri, & transmitti.

51 Contrarium tamen de jure verius existimo, eo fortissimo fundamento, quoniam quando in causa ex natura sua, & sui jure communis est exequibilis, & non appellabiliis; tunc in quemcumque delegatum cum illa qualitate transit, quia qualitas rei non alteratur ex persona successoris; text. est in l. 2. §. ex bis. ff. de verb. obig. quia omnis res transit cum sua causa, & qualitas quæ 52 inhaeret rei, transit cum ea in quemcumque successorem. 1. Imperatores. ff. de vestig. & commiss. juxta quam doctrinam intelligenda sunt que Abb. in c. signis. n. 2. 5. circa med. de for. compet. & in c. cum in veteri. de electio, tradidit, quod delegatus debet cognoscere de causa eo modo, & forma, qua fuisset cognita, facta non esset delegatio sed apud delegantem retenta; nam si sententia quæ metetur exequitionem, alicui committatur, vel delegetur, minimè ab his delegato appellatur, quemadmodum nec possit ab ipso delegante, l. ab executo. C. de appell. ab executo. ff. cod. quia hoc provenit ex natura rei commissa à qua non datur appellatio, nisi in certis, & limitatis causis in d. juribus expressis. Sed his causis scholastico-rum (de quibus agimus) ea sua propria natura, eo quod à jure illa est qualis inventa, ut pro eorum violentiis 53 ad supra tribunalia non eatur, non propter ipsos Magistros scholarum, sed propter ipsos scholasticos tantum & universitatem ut probatur expressè in d. l. 18. 1. Que nos place, por hazer favorà la dicha universidad, y personas della, & iterum ibi: no mandéis sobreseer la dicha ejecucion, ni traher ante vos los procesos como se suele hazer en las otras fuerças, &c. in l. cadem. in §. 1. ideo dicit, concedi debere privilegios; quia aliter: Los estudiantes del dicho studio dexan de estudiar y han los Doctores de leer, y Cathedraticos sus Cathedras por ir à poner recando en sus Pleytos, y causas, &c. bonus text. in l. 4. Cod. de sitemi. anh. habita, Cod. ne fil. pro pat. & Innoc. VIII. in sua conservatoria, f. 171. inter constitutiones Salmantinas, Rebuff. privil. 83. ergo cum hoc privilegium ipsi scholaribus tantum absque alterius contemplatione fit concessum, & ipsi sunt qui litigant coram delegato; ergo coram ipso durare debet, arg. c. cum persone, de 54 privil. in 6. quia cum adhuc duret causa privilegii, cum ea debet negotium ad delegatum transire, l. si conve-nerit, §. si fundus, ibi: Manere causam pignoris con-

stitit, quia cum sua causa fundus transeat ff. de pignor. actio, durat enim non autem cessat ratio finalis ipsius leg. arg. cap. cum cessante, de appell. l. adigere, §. quamvis, de jur. part. l. 1. §. bujus rei, de off. ejus, cui manda est jur. l. quod dictum ff. de pat. cum aliis. Ad argumentum autem responderetur; quod procedit in provisio, & dispositione hominis, non legis, quod passim, ac frequenter solet variari, mutari, & alterari, & pro comprobatione hujus difficultatis, & resolutionis, vide que latissime in similibus terminis multis dictis comprobantes concessimus infra, 3. parte, cap. II. per totum, quæ omnino hic conducunt.

Aliud tamen obiter animadvertere liber, quod quan-55 do hi judices decernunt censuras, vel interdictum contra auditores alicuius tribunalis supremi, vel alii etiam quilibet judices Ecclesiastici pro eo, quod scholasticum vel qui se clericum dicit, idem tribunal detinet, negatque relaxandum, à quibus censuris, & interdicto Regius fiscalis ipsius Audiencia, vel Cancelleriae defensor jurisdictionis regalis, appellat, & protelstetur auxilium violentiae, praxis obtinuit, & obtinebit, ipsum identem tribunal cognoscere de hac eadem vi, si sub ejus districtu est judex Ecclesiasticus, qui idem excommunicavit, vel interdixit, si autem, id est, non sit sub ejus districtu, puto recurrentem esse ex parte fiscalis, ad id tribunal, sub cuius districtu judex deget, juxta l. 3. tit. 5. l. 2. nova recopil. fol. 64.

Hactenus de his causis, & negotiis, quæ reperiuntur abolitur prohibita, protrahi ad suprema prætoria per viam violentiae, atque in eis à principio denegantur provisiones ordinariae, prout videtur ex iis quæ hactenus dicta sunt.

Aliæ autem sunt causæ, quæ non absolútæ sunt pro-56 bilitæ (ut diximus ad princ. hujus §.) sed deficiente qualitate, prout sunt appellations à sententia mere interloquitoria, quæ nec habet vim dissimilitudinem nec continet damnum irreparabile, nec prejudicium parat causæ principali, de quo in l. 3. 8. tit. 5. lib. 2. recopil. ibi: Para que no otorguen las appellaciones de autos interlocutorios y estos en grande agravio de las partes, y se impide la vista de otros muchos negocios, mandamos a los Presidentes, y Oidores de las dichas Audiencias, que de aquí adelante no libren cartas para traer por via de fuerza procesos algunos Ecclesiásticos de autos interlocutorios, salvo si fueren tales, que tengan fuerza de definitiva, y que en ella no se pueda reparar.

Et cum difficile sit proper varietatem, & intricatio-57 nem causarum, in quarum discursu rei natura & qualitas alterari assolte docere de hujusmodi qualitate, quæ fundatur Regia potestas, nec aliter directe, nec indirecte, possit constare legitimè, quam per ipsorum actionum inspectionem; ideo necesse est, ut acta exportentur ad tribunalia, ut inde deducatur, an sit appellatum à sententia, aliquam ex dictis qualitatibus habente, prout aliás videmus etiam in jurisdictionibus, ubi qualitas attribuens jurisdictionem, prius debet constare, l. 2. §. 8. sed si dubitatur ff. de jud. l. si quis aliena, eodem tit. l. 1. §. iiii. 8. prætor, ff. ne quid in flumine publico, l. prætor. §. docere, ff. ne bonorum raptio, B. in l. multum, ff. de condit. & dem. & in l. si finita, §. Julianus ff. de damno infecto, Patis. de syndicat. §. judices puras, col. 3. verificulo judice tempor. n. 13. cum aliis relatis ab Andrea Gaill. in tract. de pace pub. c. 13. n. 12. & seqq. libr. 1. plurima notanda in proposito congruit Fari. in tract. crim. tit. de inquis. qu. 8. nu. 8. 5. & seq. & qu. 1. n. 8. 7. & n. 10. à n. 2. 6. & maximè ubi non auditur contradicatio, nec in contrarium allegatio, ut hic, de quo latè Fari. ibi, Mart. de jur. 4. p. cent. 2. cas. 12. 9. à n. 20. fol. 22. 5. & casu. 14. 5. n. 3. 4. & 8. quare processu adducto cognoscitur, & inspicitur in Senatu natura, & qualitas appellationis verè, & evidenter, & secundum eandem decernere solent, vel deferre jubere, vel in totum remittere, & ita communiter practicatur dicta

dista lex Regia 37. quia stylus, & usus optimus est legum interpres.



CAPUT III.

Appellantib; ab aliquo gravamine, quo finem suæ judex jurisdictioni imponit, vel aliter expirat, ita ut ea penitus ad reponendum careat, vel quando post gravamen illatum judex abiit, vel obiit: quemadmodum supremus Senatus per viam violentiae aditus, considerare queat.

SUMMARIUM.

- 1 A declaratione judicis se non judicem declaranti, vel se inhibentis, legitimè appellatur, & Senatus Regius appellationi deferendum decernit, vel tertium genus decreti expediri, & ibi exemplum.
- 2 Judex Ecclesiasticus provisioni Regie sibi intimata respondens, jurisdictione, carere, ut pluribus casibus ibi relatis; quid faciendum, ne inane sit decretum Regium.
- 3 Judex referens appellationi alias non legitimè, seu non deferende, abdicat à se omnimodam jurisdictionem.
- 4 Judex inhibitus ad inhibitionem superioris, vel se inhibens, carer jurisdictione, nec aliquid decernit in sententia executione, etiam privilegiata.
- 5 Et idem in judice se declarante non judicem remissive.
- 6 Judex qui functus est officio suo, non potest se in causa intromittere.
- 7 Repositio actorum, seu alii actus jurisdictionales geri non possunt ab alio, quam à judice non privato, seu jurisdictione carente.
- Omnis res per quacunque causas nascitur, per easdem dissolvitur, ibid.
- Solemnitas quæ requiritur in construendo, requiritur in destruendo, ibidem.
- Valeit argumentum de contractu ad distractum, ibid.
- 8 Judex Ecclesiasticus non debet astringi per provisionem Regiam ad faciendum id, quod sibi jure prohibitum est.
- 9 Revocare, & reponere attentata appellatione pendente perinet ad judicem ad quem, non ad alium.
- 10 Secunda jussio, vulgo sobre carta, decernitur in Senatu contra judices Ecclesiasticos volentes evitare reposicionem attentatorum respondentes provisionibus Regiis non posse attentata revocare, quia carent jurisdictione.
- 11 Jurisdictio necessaria non est ad effectum reponendi attentata.
- 12 Judex procedens juris ordine non servato reputatur privata persona, & sine jurisdictione.
- 13 Que de facto sunt à judice, de facto per cum revocari jus est.
- 14 Judex qui permiso juris ordine, & sine citatione possessionem abstulit, poterit de facto cum revocare. Judex facilis in concedendo, ita debet esse in reponendo, ibidem.
- 15 Judex qui tenetam, & possessionem abstulit alicui non citato; illam eidem restituere potest, nec sibi obstat quod officio suo functus sit.
- 16 Judex revocando possessionem nulliter datam procedit tanquam persona privata, & presumitur facere modo, quo facere potest.
- 17 Jurisdictio non requiritur ad revocandum ea, que de facto sunt à judice.
- 18 Attentata licet regulariter ad judicem ad quem revocare pertineat, tamen, potest etiam judex à quo attentata post appellationem à seipso revocare.
- Attentatum à parte, & attentatum à judice à pari procedunt ad hoc, ut judex attentans possit revocare, ibid.
- 19 Libera facultas cōceditur à jure judici à quo ad revocandum avertienta cum sit ad facilitorem cause exitum.
- 20 & 21. Interlocutoriam executioni mandatam non revocat judex, nisi nulla sit, nam tunc revocat, & executionem reponit.
- 22 Propositionibus Regius quotidie jubetur judici Ecclesiastico vim inferenti, appellationi deferre, & attētata amnia reponere per seipsum, ipseque reponit cum effectu.
- 23 Violentiarum cognitionis inanis esset, si judex, qui attentavit, non posset reponere attentatum, prout sibi jubetur à Senatu.
- Judex Ecclesiasticus ad reponendum non egit jurisdictione, & ideo contra eum secunda jussio, vulgo sobre carta expedienda, ad reponendum cum effectu, ibid.
- 25 Executor, vel alius judex delegatus Pontificis seu Nuntii ad aliquam causam si attentat, & dum pars gravata accedit ad Senatum, abiit in longinquum secum acta processus asportando: pars gravata debet occurrere ad superiorem judicem ipsius gravantis, n. 24. & non ad Senatum.
- 26 Acta processus sunt necessaria, ut violentia in Senatu detegatur.
- 27 & 29. Violentia, seu iniqtitas judicis allegata in procedendo ex actis eiō gestis constare debet.
- 28 Defectus processus ex actis ejus constare debet.
- 29 Princeps, & ejus Regia tribunalia in elevanda vilitate à jure Ecclesiastico, sine jurisdictione, & extrajudicialiter procedunt, & ideo recipere testes, vel alia judicialia facere absolum effet, d.
- L. 3. 6. tit. 5. lib. 2. recopil. explicatur in illis verbis, el proceſſo originalmente el qual trahido sin dictionem, & c. ib.
- Ablatiōnū ab solutus importat conditionem, & formam sine qua non habet locum dispositio.
- Procesus originali non adducto, non cognoscitur de violentia in Senatu, ibid.
- 31 Distio, si, in dispositione apposita, illam reddit conditionalem, qua deficiente non verificatur dispositio.
- 32 Lex requiriens aliquid genus, seu modum probationis in aliquo actu, debet adimpleri specifico, & aliter probari nullo modo potest.
- 33 Lex, seu statutum potest occurrente aliquam militare, aut evidente causa (ut hic) facere ut probatio valida, & perfecta in aliquo actu, sit invalida & imperfecta.
- 34 Lex, vel statutum factum ob publicam utilitatem si requirat certum genus probationis, non admittitur alie probatio simul cum requisita.
- 35 Senatorē absintere debent à violentia, & cognitione, cum ex defectu processus sibi apparere non possit, cum nihil certum decernere possint.
- Lex absentis, ff. de pénis, declaratur, ibid.
- Cognitio violentie processus originali adducto ad tribunal Regium recte procedit, & decretem tribunal, prout ex actis adductis colligitur.
- 37 Decretum expeditum in Senatu in causa violentie quomodo exequendum, si judex Ecclesiasticus, contra quem datum est, abiit, remissive.
- 38 Notarius apud quem adiut acta gesta per judicem Ecclesiasticum contra quem violentia intentata est in Senatu, etiam absentem, compellendus est ad exhibenda.
- 39 Tabellio debet registrum, seu protocollum instrumentorum actuum judicialium, & extrajudicialium secū retinere, & non potest tradere partibus nisi judicis precepto.
- 40 Regium tribunal quemadmodum si habere possit ad executionem decreti violentie lati contra judicem Ecclesiasticum post gravamen illatum absentem & abeuntem.
- D. l. 3. 6. tit. 5. lib. 2. recopil. ponderatur in illis verbis, provean que el tal juez la otorgue, & c.
- 42 Judice Ecclesiastico vim inferente mortuo ante reposicionem, an evanescere decretem violentie debet, cum ipse sit gravans & attentans, & contra eum oppressus in Senatu querelam obtulit, & decretem contra eum dirigitur.

92 De Regia Protect. vi oppress. appell.

- 43 Morte omnia cessare debent, cum culpa sit extincta.
 Decretum Regii tribunalis an intelligatur cum judge subrogato, & successore in tribunali, & jurisdictione judicis vim inferentis: & ad delationem appellatio-
 nis, & repositionem attentatorum cogi possit ipse sub-
 rogatus, vel successor virtute dicti decreti ibid.
- 44 Alia est vis defuncti, alia violentia successoris, adeo ut
 sententia lata contra defunctum pro violentia ab eo al-
 lata non exequatur contra successorum, & heredem.
 Aliud est factum defuncti, aliud factum successoris, ibid.
- 45 Subrogatus non sapit naturam predecessoris, quando
 militat diversa ratio in subrogato, & in eo, in cuius
 locum subrogatur.
- 46 Facinus suos habet autores, quos pena nullo modo
 egreditur.
 Violentia facinus continet, ibid.
- 47 Violentia latâ leditur majestas judicis, & superioris.
- 48 Contra illum judicem per viam querelle agitur, que
 sum autorem comitatur.
- 49 Pena judicis est attentatorum repositio.
 Resignarius non tenetur purgare uitata facta à pre-
 decesse resignante, quia ille in nullo deliquit, ibid.
- 50 Subrogatus non sapit naturam principalis, nec fit ex-
 tensio ad illum, qui verè non sit talis, sed sicut & re-
 presentative tantum in paenibus, & odiois.
- 51 Casus penales non recipiunt interpretationem exten-
 sivam seu similitudinariam.
- 52 Decretum violentie non cantans de judge subrogato,
 vel successore ejus, qui vim intulit, an exequatur
 contra eum.
- 53 Judge successor in jurisdictione, seu tribunalis judicis
 vim inferentis omnino tenetur provisionem Regii Se-
 natus adimplere, & attentaria suo predecessori, re-
 ponere cum effectu, & appellacione deferre.
- 54 Eadem res esse censetur, quantumcumque circa ipsam
 materiam aliqua cœmmutatio contigerit.
- 55 Si plures dati sint judges in aliqua causa, & postea
 aliqui, vel etiam omnes immutati fuerint, nihilomi-
 nus eadem dicitur causa.
- 56 Mutatione judicis eadem non diversa manet jurisdic-
 tio, eadem causa, idemque judicium, & idem tri-
 bunus.
- 57 Mutatione, & ratione personarum, qualitatis, vel ac-
 cidentis non mutatur res ut de Civitate, Collegio,
 Ecclesia, dignitate & prabenda, circa declaratio-
 nem 1. proponebatur, de judiciis.
- 58 Judge successor in jurisdictione, & tribunali alterius
 idem reputatur ac predecessor cum in ejus locum sub-
 rogetur, & potest idem facere, quod poterat ille, cu-
 jus loco fuit subrogatus.
- 59 Terminus, & tempora praesituta primo judici ad ca-
 sam determinandam, eadem censebuntur praesituta
 successori, & subrogato.
- 60 Judge non tanquam persona privata consideratur, sed
 tanquam minister iustitiae, quam gerit, & adminis-
 trator dignitatis, & tribunalis, quod representat,
 quisquis sit etiam in infinitum.
- 61 Quoniam in appellatione requiratur expressio nominis
 judicis a quo; tamen satis est, ut contineat nomen
 dignitatis judicis prout est appellatio ab Auditore
 Camere, &c.
- In appellatione licet requiratur expressio nominis judicis
 ad quem, tamen sufficit nomen dignitatis euprime-
 re, ut in exemplo, ibid.
- 62 Dignitas, & tribunal, cum jurisdictione coheret, potius
 attendi debet, quam persona administratoris.
- 63 Judge datus loco demortui illum non representat, sed
 tantum dignitatem, que est corpus quoddam fictum,
 quod comprehendit subjecta tanquam membra illius
 corporis ficti.
- 64 Quandiu superest forma corporis ficti, semper cense-
 bitur idem corpus, licet partes mutentur.

- 65 Tutor vel Curator minoris datus in loco demortui Tu-
 toris, vel Procuratoris non gerit vices demortui, nec
 ejus personam representat, sed duxaxat pupillum,
 aut dominum constituentem Procuratorem.
- 66 Judge predecessor, & successor quoniam diversi sint
 personarum respectu, eo tamen habito ad dignitatem,
 & administrationem, & coequalitatem potestatis,
 verè idem sunt, n.66.
- 67 Judge successor verè idem judge ac predecessor repu-
 tatur, præciqu quando judge accipitur pro jurisdictione,
 vel tribunal.
- 68 Judge successor potest taxare expensas reservatas ta-
 xari in sententia predecessoris.
 Judge successor potest sententiam dubiam predecessoris
 interpretari, ibid.
- 69 Statutum a decurionibus editum, ab eorum successo-
 ribus, vel a populo est declarandum.
- 70 Jus declarandi, seu interpretandi ad heredem, &
 successorum non transit, cum ex arbitrio disponen-
 tis pendas.
- Jus concedit facultatem declarandi successoribus in offi-
 cio vel jurisdictione, ibid.
- 71 Judge successor, vel alteri loco alterius datus, can-
 sam assunit in eodem statu, eamque determinat ex
 eisdem actis.
- 72 Judge successor procedit eo modo, quo & predecessor
 processit.
- 73 Acta facta coram uno judge, fidem faciunt coram
 alio, si sit successor in eodem tribunal.
- 74 Acta facta in uno judicio in casibus, quibus probant
 in alio, intelligi debet se reproducantur.
- 75 Actorum reproducio non requiritur coram judge subro-
 gato, seu successore, sed visio duxaxat ipsorum actorum.
- 76 Acta coram uno arbitrio gesta probant coram successore
 in quem partes compromiserunt, quando acta sunt
 publica, & actum respiciunt.
- 77 Executor successor perficit exequitionem, quam incep-
 tam reliquit predecessor.
- Decima, seu emolumentum executionis cui executori
 debeatur, successori, aut predecessori executionem
 incipienti, ibid.
- 78 Judge successor vel in alterius locum subrogatus, potest
 ea omnia facere, que poterat illius predecessor.
- 79 Judge successor ordinarius potest in integrum restitu-
 re contra factum sui predecessoris.
- 80 Judge successor potest absolvere ab excommunicatione
 decreta per predecessorum.
- 81 & 84. Judge predecessor potest reponere attentata à
 se gesta, & eodem modo successor.
- 82 Judge à quo in casibus, quibus reponit attentata à se,
 vel alio facta, poterit idem successor.
- 83 Non solum judge cuius fuit laſa majestas, revocat at-
 tentata; sed etiam ejus successor, & subrogatus, cum
 leſo dicta non persona, sed dignitati (que nunquam
 moritur) cohoret.
- Quod amplia, sive subrogatus sit expressè ab homine
 sive tacite à jure, ibid.
- 85 Successor in beneficio per resignationem tenetur pur-
 gare attentata per predecessorum resonantem.
- Attentatis non purgatis per successorum in beneficio per
 resignationem attentantis, non est procedendum in
 causa, ibidem.
- 86 Preceptum impositum praetori, ut tali, & ratione officii,
 impositum est, & successori taliter, quod tene-
 tur adimplere.
- Judice ab officio remoto, poterit successor ejus attentata
 revocare ex suo mero officio, ibid.
- 87 Episcopus debet adimplere mandatum factum prede-
 cessori sub nomine dignitatis.
- 88 Et idem in executore.
- 89 Successor tenerit exequi mandatum factum per Pa-
 pam suo predecessori.

Literas

Pars I. Cap. III.

93

- 90 Literas directas Episcopi predecessoris mortuo sub no-
 minis dignitatis, & habito respectu ad officium, re-
 netur exequi successor.
- 91 Successor, vel novus executor potest exequi mandatum
 sui predecessoris sine novo mandato.
 L.d. 36 recopilat, declaratur, ibid. & n.93. & 95. in illis
 verbis, provean que el tal juez la otorgue, &c.
- 92 Ad ea qua frequentius accident, jura adaptantur.
 Triplex eventus non sunt in confederazione, ibid.
- 94 Violentia cognitio in procedendo est extraordinaria,
 & irregularis, pariter & ejus execuio.
- 96 Judge vim inferens mortuus, impossibile est, ut re-
 ponere queat.
 Casus omisjuris dispositioni relinquitur, ibid.
- 97 Sententia, que non potest secundum ejus tenorem ex-
 qui propter maximam difficultatem, aut interdum
 impossibilitatem; exequi debet eo modo, quo potest,
 ne judicium reddatur illusorium.
- 98 Condemnatus, ut conservet indemnem Titum ab obli-
 gatione si interim extinguatur obligatio, quia compul-
 sus Titus solvit; debet Titus ipse relaxari in-
 demnis ut sibi restituantur solutum, quamvis hoc non
 continetur in sententia.
- 99 Condemnatus ad tradendum debitori instrumentum
 debiti, si non reperiatur, cogitur creditor eadem sen-
 tientia debitorum liberare.
- 100 Verba adaptantur implicitè.
- 101 Sententia continens rem, vel animal, vel quid simile, si
 proper interitum non possit exequi in ipsa res vel ani-
 malis, exequitur in alia re coequali, aut equivalenti.
- 102 Attentatorum repositio, seu revocatio est actus fa-
 vorabilis & privilegiatus.
- 103 Cognitio violentie est remedium favorable, & cha-
 ritativum subSIDIUM, quo agitur de vi oppressis li-
 berando.
- Extenso fit ad subrogatos in causis favoralibus, ibid.
- 104 Executor sententia penalis non participat de illius
 pena sed honore, & potestate judicis superioris.
- 105 Senatus Regius non se intromittit in exequenda pa-
 na apposita judicii pro attentatis à se factis.
- 106 Pena non transit in successorem, vel heredem; sed
 tantum dannorum satisfactio de eo quod ad her-
 dem pervenit.
- 107 Attentatum à judge est qualitas, que liti inheret,
 ab eaque dependet, sine quo attentata non dantur.
- 108 Subrogatus ad litem potest dicere de attentatis,
 quemadmodum ejus predecessor.
- 109 Alius est possessio defuncti, alia heredis, in quem licet
 omnia iura transire, non tamen possessio.
- Possessio heredis est nova possessio, & non continuata
 cum possessione defuncti, ibid.
- 110 Possessio jurisdictionis tribunalis, Ecclesie universita-
 tis, & populi, non finitur morte predecessoris; sed in
 successione continuatur, cum persona ficta possideat.
- 111 Successor administrationis non accipit novam posses-
 sionem rerum universitatis.
- 112 & 117. Possessio rerum Ecclesie non vacat, mortuo
 Prelato.
- 113 Possessio Ecclesie in Ecclesia continuatur etiam mor-
 tuo Prelato; & dicitur simul cum occupatore possi-
 dere, & esse in summariissimo possessorio, nec atten-
 tat Ecclesia possidendo.
- 114 Prelatus Ecclesie non succedit tanquam Dominus,
 sed tanquam Procurator Ecclesie.
- 115 Possessio juris patronatus cōpetens alicui ratione dig-
 nitatis, villa, castri, majoratus, aut Ecclesie, retinetur
 per ipsam dignitatem villam, castrum, majoratum, aut
 Ecclesiam, etiam mortuo Prelato, & administratore.
- 116 Novus possessio castri, villa, seu majoratus, ratione
 cuius competit jus presentandi, licet nunquam pre-
 sentaverit potest presentare.
- Possessio juris presentandi continuatur in successore dig-

nitatis castri, villa, vel comitatus, seu majoratus
 sine nova apprehensione, ibid.

118 Successor singularis judicis attentatis reponit atter-
 ata.

119 Sententia sicut contractus non comprehendit non no-
 minatos in ea.

Provviso regalis Senatus in causa violentie directa ju-
 dicii comprehendit successor non nominatum in ea, ibid.

120 Et ipsi intimata tenuerit reponere, alias secunda juf-
 ficio vulgo sobre carta contra cum discernitur.

121 Collega judicis mortui vel absentis, si procedere non
 valeat (mediante clausula rescripti) occurrit pars
 gravata ad superiorem, ut alius judge loco mortui
 subrogetur, eique intimata debet provisio Regia, ut
 attentata reponat, numero 122. & 123.

124 Subrogatoria commissio dicitur, cum alius judge in
 locum demortui impediti, vel absentis subrogatur,
 tenueritq; causam in eodem statu manentem prosequi.

125 Subrogatoria commissione frequenter dari, animad-
 verti tamen debere an in corpore includatur clausula
 alterans primum statum liris, quia tunc nova ci-
 tatio erit necessaria.

P Erdifficilem hujus capituli materiam, tot docti-
 simis viris ejus resolutionem incognitam, sum-
 mis difficultatibus involutam, accurate adeò trac-
 tare intendo: ut deinceps, dubitatio omnis penitus
 amputetur. Et circa priorem ejus partem attenden-
 dum est, sapientissimè contingere, ut judge executor
 executive, seu alicuias Brevis Cameralis, pu-
 tata; admittendum aliquem in possessionem alicuius
 beneficii, id exequitur (juris ordine prætermitto)
 vel absque citatione possidentis beneficium, qui post-
 modum comparans suas allegat legitimas exceptio-
 nes, & ab omni ejus processu; & à non reponenda
 executione appellat, ipse autem judge vel ipsi appella-
 tioni, vel provisioni Regia respondet, se functum
 esse suo officio, & ad reponendum jurisdictionis ca-
 rere. Vel etiam aliter hoc contingere potest: judge
 sive ordinarius, sive delegatus (latâ sententiâ diffi-
 cultivâ, vel interloquitoria) appellationi justa, & le-
 gitimè interposita (propt debet) detulit: & insu-
 per, vel minatur, vel vult exequi, aut de facto exequi-
 tur, candem sententiam: Sæpissimus Senatus aditus per
 viam violentiae declarat; vim facere, quod deserat, &
 reponat: judge autem Regie provisioni respondet, se
 carere jurisdictione, cum illam à se omnia modum per
 delationem abdicaverat, ac ideo reponere executio-
 nes non posse. Vel alio etiam casu reddi potest exem-
 plum: Judge Ecclesiasticus declaravit se non judicem,
 & insuper ad executionem processit, aut dedit se pro
 inhibito, à qua delations, ut legitime appellationi
 emisit supremus Senatus deferendum decrevit, & re-
 ponendum. Vel (ut frequentius accidit) hoc casu ter-
 tiaria genus decreti expedient, nempe judicem reassu-
 mendio iterum jurisdictionem, & reponendo attentata,
 vim nullam facere: non deferentem autem eidem ap-
 pellationi, nec reassumendo jurisdictionem, vim face-
 re, deferat, & reponat, &c. ipse autem judge se juris-
 dictione carere ad reponendum respondet Regie pro-
 visioni sibi intimatae. Quibus quidem casibus, &
 multis aliis similibus, in quibus reddi possunt exempla,
 inanis, inutilis, & sine effectu videtur remanere Regia
 cognitione, & decretum violentiae, cum ad effectum
 perducit non posse appearat. Siquidem in dictis casib-
 us fortis est, & efficax reputatur à jure judicis respon-
 sio, jureque concludens; etenim per delationem ap-
 pellationis etiam alias non legitime, & non deferen-
 tes, omniamodam à se judge abdicat jurisdictionem, &
 in superiorem transfert: text. est in cap. cum appellat.
 frivolis, de appell. lib. 6. Philip. Franc. cap. Romana. §.
 sin autem, num. 5. de appellat. lib. 6. Carrerius in practi-
 criminis.